

BX 1757  
PC  
1778  
V. 2

DICTIONARIUM  
CONSCIENTIALE  
C A S U M

Gros terminum Mortale bipartitus. Logistica  
Dictione Consientia.

CONCILIORUM. ET CANDIDATARUM

AUOTORITATEM  
ET ALIENI TUTELAENTIAM

Domini Novembris

DE L'AMOUR ET DE LA MAGIE

Sophistes Lumiére & Societas Doyens de la

EGATICO IDIOMATR. QD HARUS HODIT

ATINA VASATU

In libellum Dictionis Villici Orationis

Domini 16. BONITAS.

TOMUS SECUNDUS.

V



VENITIIS  
Ex TYPOGRAPHIA RALPHONIANA  
MDCCXXVII  
SUB LIBRARYNA LIBRARIA



## LOCATIO PECORUM.

**Q**uod Locatio Pecorum dicitur, est contractus, quo certus pecorum numerus Villico cum dimidia lucri parte tribuitur; appellatur etiam Pecorum redditio, quia rusticus, qui a cive gregem accipit, ea conditione accipit, ut ad contractus terminum ei reddat eundem pecudum numerum, tantique pretium, quanti sunt estimata, cum eas accept, aut pretium, quo ipsa habita sunt. Si locator periculum, quod Villicus in se recipit, ut nempe locatione absoluta tantumdem Pecorum reddit, aut eorum pretium: putant aliqui, cum periculum sibi a Villico impositum sit pretio estimabile, a locatore nullam ei injuriam inferri, si ipse compensationis loco majorem, quam deberet, gregis fructum aciperet. Est tamen indubitate, eum qui gregem tribuit non posse pacisci tam suam fortem fore, quamvis minus gregis lucrum percipiat, quia paucum hoc efficit, ut societas contractus induat naturam mutui, cuius gratia nihil percipi potest, quin usura perpetretur, quoniam tunc translatum dominium est, & qui gregem accipit, tenetur ejusdem valoris gregem restituere, quae sunt conditions ad contractum mutui necessaria, quaque societas contractum de medio tollunt.

Ita ergo hi contractus iniri debent, ut liciti sint: potest tribui grec ad sex annos, plus, minusve; fructus inde provenientes interea dividii; confectoque termino, quantus est, dividii grec pro conventionis ratione. Potest etiam quaque conferre dimidiam gregis, atque impensarum, tum quae nutritionem spectant, tum quae custodiunt, & aqualem deinde omnium divisionem statuere; aut etiam potest unus alimoniam suppeditare, alter vero custodiendi & dicendi gregis impensis facere.

Est & alia ratio contractus pecudum ad dimidiam lucri partem inveniendi. Gregem certo pretio jam estimatum Petrus Joanni tradit, ea lege, ut Joannes ei pabulum, stabulumque suppeditet, custodiat, curetque suis sumptibus, omnino ut erga suum proprium facit, ac facere teneretur. Si grec moritur, perditur, aut deperit accipiens culpa, dannum in eundem cadit; si minus id ejus culpa fit, damno ipse non subest, donec estimationis fortem solverit; sed in locatorum univerla jactura recidit. Cum autem fortem solverit, jactura erit utriusque communis. Societas contractus hic permisus est pluribus confutundinibus Tractus Nivernensis, Ducatus Bavaricenus, & Provinciae Borbonensis; confirmaturque ex eo, quod nihil iniusti, nihilque illiciti continet; at difficultate tamen non caret, ut ex sequenti calu compertum fieri.

### C A S U S.

Regulae servanda in Pecorum Locationis contractibus.

I. Cogit non debet locati gregis acceptor, in locationis fine cum prospicio integrum restituere, nisi cum domino fructus provenientes dimiserit, aut ob nutritionem, custodium & labores, quos subiit, indemni servetur.

2. Non debet acceptor foris jacturam aut diminutionem pati, cum non corrigi ejus culpa; et patire debet res, ad quem pertinet.

3. Si locatione absoluta, fors immixta esse competrerit, ne fructibus exequatur, acceptor eam compensare non tenetur.

4. Id vero minus tenetur facere, cum gregis pars conserua aliquo perit; locator jacturam hanc pati debet, ut acceptor nutritionis, & suorum laborum jacturam patitur.

5. Locator impedire non potest, quoniam acceptor usator animalibus ad velationes evanescere locationi necessaria.

### QUÆSITUM.

Petro est predium infrastructum agris, pratis, pecoribus &c. Pecora sunt pretio 1500. librarum; Joannes suam suam exhibet ad prædi bonum.

Acceptat Petrus, I. ea conditione, ut Joannes ejus fundos recte curet & colat eorumque prouentum, perinde ac pecorum fructum equaliter cum Petro dividat.

II. Ea conditione, ut Joannes locatum gregem talem restituat, qualcum accepit, quamvis restitutionis tempore minoris vendant pecora, quam tempore traditionis.

III. Si que pecudes Joannis culpa perierunt, tenetur locatum gregem integrum facere.

IV. Si grec locatus non est integer tempore restitutionis, Lamet. Tom. II.

cum Joannes emolumen percepit, ambo quae conferunt, ut gregem locatum compleant; si hoc emolumen non sufficit, Joannes, quod deest, addere debet.

V. Hinc sequitur, ut, si nihil extiterit emolumenti, atque immunita locatio sit, Joannes eam redintegrare teneatur.

VI. Joannes præterea obligatur a Petro, ut in ejus commodum omnarum vehiculis utatur, & in sui ipsius commodum utri prohibetur.

VII. Denique Petrus etiam quandoque Joannem cogit gregem integrum reddere, liceat pecora interiorint aut morbis, que saepe greges invadunt, aut casu fortuito, absque illa Joannis culpa.

Queritur, an tuta conscientia contractus inici possit, cum his omnibus clausulis, que in Provincia consuetas sunt, ne Villicus pecora diffiperet; ac si forte contractus hic sit illicitus, rogatur Conscientie Consilium, ut indicet, quid ei detrahendum sit, ut licitus efficiatur.

Agris, pratis, dominus minima traditis, dat Paulus Jacobo pecora, quorum pretium est scutorum quinquaginta, ea conditione, ut Jacobus suis impensis ac sumptibus pecorum stabula & nutrimenta suppeditet, redditum perceptum cum Paulo locationis tempore partiturus, locatione autem completa locatum gregem redditurus eundem, iisdemque conditionibus in predictorum casto paulo ante propofitis.

Queritur inire posse tuta conscientia contractus sic.

Iis porro in locis confuetus est.

### RESPONSI.

Consilium Conscientie subscriptum censet, statim ac Petrus in animo habet suum predium, sua pecora Joanni tradere, ea conditione, ut ipse filios labores conferat, totisque viribus traditarum rerum bono invigilat, ut proinde inter-

A 2 Joan.

## LOCATIO PECORUM.

4

Joannem, cumque statutari societas, legitime societatis regulas servandas esse.

Jam vero I. est in regulis, ut qui in hac societate manus sentit incommode, plausque solvit, manus emolumenū inde percipiat, qui vero minus confort, minus recipiat.

II. Illud animadversione dignum est, in contractibus societatis pecorum non videntur rationem, easdemque conditiones ubique servari; alicubi enim gregis locatio quam alibi utilior est, five ob meliora pabula, five quia ob manus commerciorum res plures ibidem venduntur, ut lane, pelles, &c. Quare onera acceptoribus alicubi imposita exigenda non sunt ad ea, qua alibi imponuntur. Quod in causa fuit, cur S. Antoninus pronunciat: *in diversis terris sunt ista diversae modis.* 2. 1. c. 7. §. 39.

III. Id vulgo ad societatis contractum spectat, ut cum locati gregis fors perit, locatori perire debet, quia eis Dominus ipsi supponitur, *Res peris Domini.* Potest quidem locator cum locatori convenire, ut hic servatus incommode jactura, quemcumque possit accidere, subficiatur; verum id non amplius ob societatis contractum est, quo pactum hoc nequam permittitur; sed inter locatorum & locatarium id convenienter alterius contractus vi, cui nomen fiducie, quam plures Autores recipiunt? Quis de re videi potest Azorius 3. par. 1. 9. cap. 7. quisi 10.

IV. Ex hac tercia conditione conficitur, cum locati gregis fors ad locatorum spectet, si locatione completa, inquit Cabassutius in *Praxi* 1. 6. c. 12. n. locationis fors utilize carer, universam fortem a Domino recipi, ab acceptore nihil omnino; si autem fors perit, eam locatori perire; si est immunita, aut vero aucta, diminutionem in dominum cadere, augmentum porro dividit.

Hoc posito, respondetur ad primam facti speciem injuriam videri, Joanni, qui locataris est, id imponere, ut ad locations finem dimidium solvatur locati gregis; prius enim si locati gregis fors haec decrevit, & id quidem haec acceptoris culpa, decretio haec in locatorum utpote dominum cadere debet; deinde vero ita semper Joannes sua cura compensatione, aut compensationis parte privaretur; et major onus imponeretur, quam Petro, qui locator est, & pecora ad ipsum pertinet cogere tradere, quorum proprietates Petri efficiuntur; quod si locata alienum est, ut sententia Sylvester v. *Sorbas* 2. q. 9. 8. & 9. §. 2. Azorius 3. p. 1. 9. cap. 7. q. 9. Bonacina tom. 2. disp. 1. q. 6. p. 5. n. 5. aliquie. Compensandus igitur Joannes a Petro efficit alia ratione, si eum haec conditiones vellet obstringere; necesse efficit exempli causa, ut Petrus ei traderet locationis tempore pecora, que vendere teneretur, ut alia in eorum locum sufficerent; aut falso luci venditionis huius ei partem darat; aut denique eum aliquia ratione indolem servaret, prout probus & prudentes loci vir judicaret.

Sed in eo etiam gravior est iustitia, quod Petrus locator Joannem adgit, ut locatione absoluenda locatum gregem compleat; ita enim locator nulli unquam periculo subest,

quoniam certus est sui locationis fortis semper integrum fore; si cui subest periculo, id omne est in eo positum, ut nihil lucretur, non autem ut quicquam per hunc contrarium, qui fiducia dici potest, amittat; et converso Joannes locatarius periculo semper subditur. Id quod dabant Autores secundum Sanctum Antoninum loco laudant: quippe quod in hac facti specie minima servetur aquilitas.

Conditionis quinta iustitia ex eo apparet, quod modo dictum est, ut nempe Joannes locatum gregem, si decretetur, redintegrare tenetur, quamvis non ejus culpa decretio contingit, atque adeo nullum ipse emolumenū perceperit. Conventione haec omnino est repudianda.

Injuria est sexta conditio, si Petrus nolit Joannem vehiculis onerariis in sui ipsius bonum uti; causa exempli, si nolit eum suis bovinis uti ad ferenda ligna, vinum, aliam operam collocant; possit sane Petrus eam Joanni legem imponeare, ut ne ad vehendum in aliorum gratiam, atque adeo ad suos agros colendos bestias, quas ei tradidit, uteretur; quod in casu nihil a iustitia alienum esset, quia verendum foret, ne id bestias detrimentum afficeret, & quidem locatoris danno.

Conditio septima proflus iusta est; locatarius enim minime tenetur locatum gregem sarcire, cum non perire ipsius culpa; nam quidam locationis fors ad locatorum pertinet, euq[ue] ipse dominus est, diminutio & jactura debent in eamdem cadere. *Res peris Domini.*

Ut ergo societatis contractus aequitatis regulis conformetur, omnino necesse est, ut si locationis fundus est integer, Petrus, qui locator est, ad locationis finem eum sibi sumere incipiat; tum vero lucrum equaliter dividatur pro conventionis licitis inter Petrum & Joannem statutis, & propter ea fere servantur a probis locorum viris, in quibus eiusmodi contractus sunt; quod si locatus gressus locationis tempore perceptis emolumentis solutus est, Joannes locatarius ex alia parte nutritionis fluorumque laborum compensatio ne accipere debet, aut lucra, quae compendiariae fortis inferunt. Petro & Joanni debet esse communia; ita quidem Azorius, Bonacina, aliquie Theologi.

Qoad expositione partes alias, nos exigendum est, contractus ad regulam, quia id prescribit, quod non explicimus. At si alia addantur onera, pro confusione loci, ubi contrahitur, quia quidem alibi in usu non sunt, unius aut alterius probitatis atque experientiae laude praefatis viri iudicio scandunt est, ut cognoscatur, an hi contrafactus cum iustitia coherent, atque in eis aquitas adamussim servetur.

Quod porro ad priorem casum responsum est, alterius solutioni inferire potest.

Decisum hac die 22. Junii an. 1698.

G. Fromageau. C. Charon.  
G. Bourre. C. de Preceles.

Vide Dictionarium D. PONTAS.

## L U D U S.

Ludus, docente D. Thoma, est id, quod dicitur, aut fit praecepit ad animi relaxationem: (a) Ludicra vel iocoſa ſunt diſta, vel faſta, in quibus non queritur nisi delectatio animalis. Itaque ludus remedium veleni quoddam est ad relaxationem institutum; & quemadmodum somnus corporibus concessus est ad vires quiete reficienda: ita ludus animo datus est, ut speculatorum, seu practicarum rerum considerationem per oblectationem aliquam intermetat, atque ita vires suas reparare, ac deinde facilius ea, ad quae incumbet, percipere possit.

Distinguntur ex huius sancti Doctoris doctrina ludorum genera tria. Primum genus eorum est, qui in eis aliquam continent deformitatem, quam quis hominum vitare debet, iisque praeſertim, qui peccatum puritatem excitant. Genus alterum est eorum, qui proveniunt ex latitia, quam ex Dei gratia, atque amicitia percipimus, ut se gessit David, dum dixit: (b) *Ante Dominum . . . Et ludam, Et vixion fiam:* & hic quidem ludus non sunt vitandi, immo potius laudabilis sunt, & gloria digni. Tertium genus eorum est, qui in se nihil malum continent, sed in eum tantum finem sunt instituti, ut honesta relaxatione interveniant; quoniambre corum usus permisus est ad animi quietem, & ad humanae societatis conseruationem, dummodo circumstante ad hujus actionis bonitatem necessaria in illo serventur; quod ei magnopere conforme est, quod ait Sanctus Antoninus, (c) triplicis nempē generis ludos effe; alios, qui ex magna devotione proveniunt, qui querendi sunt; alios ad animi relaxationem institutos, qui sunt tolerandi; alios denique, qui ex maligni spiritus suggestione proveniunt, qui proinde vitandi sunt.

Inter hos postremos ludi periculosi dicti Clericis potissimum sunt prohibiti; quod constat ex Canone Clerici, ex alio Canone Episcopis, & ex Lege Jullianis; sed hi ludi Laicis quoque vetiti sunt, quoniam laudatus Canon Episcopis, communione privando mandat eos, qui hujusmodi periculosis ludis operam derident; id, quod firmatum est Constitutione Ludovici XIII. diei 30. Maii an. 1611. in hac verba: *Prohibemus omnibus omnino, cuiuscumque qualitatibus, & conditionis fuerint, ne in ipsis Urbibus, & locis Regni nostri aleatoria loca teneant, neve aleis, aut testis ludant. Declaramus omnia debita ob ludum*

(a) S. Thom. 2. 2. q. 168. a. 2. in corpore.

(b) 2. R. g. c. 6.

(c) S. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 25.

## L U D U S.

5

„ contracta nulla, & omnes obligationes, & promissa ob ludum facta, utcumque recta fuerint, nulla, & nullius effectus, & omni obligatione civili, & naturali spoliata. „ Ait Divus Antoninus ludum periculosem esse peccatum mortale, cum ex immoderata luci cupiditate luditur; at peccatum mortale non esse, cum id in ludum conferatur, quod ludentibus grave non est, eorum conditione spectata, tum praeſertim, cum delectatio tantum proponitur, non autem luci cupiditas adest, & dummodo nulla occurrat ex iis circumstantiis, quae periculosem ludum prohibitum reddunt.

Multæ porro sunt circumstantiae, propter quas periculosem ludus vetitus est, quæque in causa fuere, cur eum Civiles & Ecclesiasticae Leges prohibent. Primi est dispensum temporis, cum nempe ludus aquo longius producitur, quia ludus ob id unum conceditur, ut relaxetur animus, non ut occupetur. Altera est, cum ludentium alter, vel uterque subiracit, juratque, atque adeo blasphemias evomit; quia de causa Jullianus Imperator periculosem ludum prohibuit in Lega Alterum. Tertia est, cum exponuntur ludi discrimini summae graves, quæ proinde possint detimento esse ludentium negotiis. Quarta denique est, cum luditur ob immoderatum luxurandi desiderium, non vero ad oblectationem, quæ quidem ludi honestus natus esse debet, & fine qua ludus, docente D. Antonino supra laudato, mortale peccatum est.

Hac sane in causa fuerunt, ut Imperator Jullianus adeo severus ludum prohibebat in Lega 3. Cod. de Religiosis &c. Lex hæc in medium est producenda ad eos, qui tam cupide, vehementer ludo se dedunt, ob occupatione adeo perniciosa avertendo. „ Tamdiu est, inquit, quod ludus ad militum relaxationem primo institutus, omnibus deinde permisus est; sed quod humanæ vita poenis, & incommode solatio esse deberet, evasit excidi causa, & querelarum argumentum; homines bene multi futorum omnium bonorum jacturam fecerunt diu, nocteque ludis vacantes, & quadam desperatio impetu abrupti excedunt blasphemias sefē inquinantur. Id in causa est, ut nos hac generali lege yetemus, ne ludi publice, aut in privatibus domibus fiant, atque adeo ne quis ifſdem interficiat; & quamvis nullam poenam impunius illi, qui ludo vacaverint, aut ludentibus adiungat; volumus, quod perditum est, reddi, si solutum fuerit; & ad id repetendum consuetus rationibus agi posse tum in eos, qui luserunt, tum etiam in eorum heredes; ac si forte qui jacturam fecerint, vel eorum heredes sua pecunia restituionem petere neglexerint, Fiscus poterit infinitu[m] inveni, nisi annorum quinquaginta spatium elapsum fuerit. „ Hortamus Episcopos, ut hac de re solliciti sint, & utantur Praefectorum nostrarum auctoritate. „ Recenset deinde ludorum genera quinque, quæ permittit, & sunt ejusmodi: I. cum hasta pura saltare; II. saltare opere baculi; III. farisan, aut telum jacere; IV. luctari; V. intra certos fines currere in orbem vehi; & quidem unum tantum solidum ludere sinit, quantumvis ludentes divites sint, ut graves jactura venturum.

Clarum, apertumque est, quod hoc Lege sancitur; firmatur nempe vetus Jurisprudentia, quæ periculosem ludos, qui nunquam non vetiti fuerunt, absolute prohibebat. Hujus autem prohibitionis non illud modo fundamentum erat, quod nonnulli perflusum habebant, Demoni discrimini praefidere, adeoque ejus legibus sefē subdere, qui ludis vacat, quorum eventus ab eo pendet; verum etiam quod tristia incommoda consequerentur eos ludos, qui caterorum gratissimi vehementissime animos detinent, & a cateris omnibus curis abductos addicunt voluntati, quæ sensim, & care ad extremam perniciem pertrahit; quod sapienter ait adeo infutus casibus, ut vel repugnante ratione per excludant ira impetur eo audaciae deveniat, ut in Deum ipsum adverſa fortuna incommoda refundantur. Tribui quoque possunt ejusmodi ludis tam frequentes querela, rixæ, atque horribiles interaciones, quæ eveniuntur quam sepiſime. Nihil horum malorum continget, si custodiuntur fines Legum, quæ ludos indigantur, quibus homines vacare possent, & præſertim Christiani, qui nonnisi in Domino gaudeat debent. Qui universum negotium hoc funditus cognoscere cupit, præter seuentem casum, in quo quidem idipsum accurate disquiritur, legere potest Opus D. Thierii typis editum Lutetiae Parisiorum apud Desaliez hoc titulo: *De ludis, & oblectationibus inter Christianos permisis, aut prohibitis, Gallico sermone.*

### Sorbonicorum Doctorum quoad ludum decisio.

#### C A S U S I.

1. *Famina, qui magnam temporis partem in ludo collocat, ac adeo adeo mutatur, ut ludi incommode occurrit, in peccatis statu veretur, & se pergas ita se gerere, de salute periclitatur.*

2. *Confessari has in re convenientis silentium eam in tuto non ponit; forsan ob justam Divini Numinis iram is ei est a confessis, & confessiōnē, qui obmutescit, nec monet, quid ipsa facere, quidque vitare debeat.*

#### Q U A E S I T U M.

**F**Оmina gradu præstans, vita ceteroqui fatis integra sepe ludit: Luctatur illa quandoque ingentem pecuniam, eamque vel numerat, vel in schedulis, ut ob multos datos nummos, de quibus exigendis est valde sollicita. Sed quia sepius adversa, quam secunda fortuna uitior, bonorum, que possidet, partem vendit, atque adeo mutatur, ut in ludo perficit.

Venit ad eam Parochus, ipsamque de ludo maxime increpit, inquietus eam non tantum in Parochia degentibus, sed etiam omnibus, a quibus cognoscitur, scandalis effe, quippe quia domi sua omnia hominum genera ad ludum excipiant; & propter eam salutis transeit aberrare, ni peccant.

Illa vero, ut se tueatur, responderet:

Primo se non eius conditionis esse, ut labore, nullaque fe cura impediti, quominus animus relaxet.

Secundo ludum rem malam non esse, sequere cum honestis viris, gradueque præstantibus esse ludere; quod si que leges periculosem ludos prohibent, eas prescriptas, & uero ab-

Lame. Tom. II.

rogatas esse; atque id quidem eo magis, quod qui eas fanerunt, aut eam custodie propositi sunt, aliorum more ludere solent.

Tertio eos, qui ad ludendi gratia veniunt, aut ad quos ipsum pergit, non quoslibet e plebe effe, sed genere, ac dignitate praefare, nec inter eos deesse Ecclesiasticos Viros, & quidem gradu distingitos, qui ibidem ludunt ut alii, vel aditum ludentibus; qui sane ab hac re, si mala esset, abstinenter.

Quarto neque a Confessariis, neque ab eorum uillo, qui busecum ludit, quantum ipsa cognoscere potest, ultimū sibi in re serupulum injici.

Quinto se quidem capere sibi uno verbo significari sedula, & accurate consultatione, eajusmodi sua culpis sit, & in quo tandem confitit? Se quippe ad hoc usque tempus tam gravior, ut contendunt, delinqüere non credidisse.

Quoniamrogantur Sorbona Doctores, ut in hac facti specie suam sententiam profere velint; atque an Matrona, du quia sermo est, utpote nobilis possit conscientie securitate gaudent, quin debet a ludo desistere?

#### R E S P O N S I O.

Consilium Conscientia subscriptum confitit Matronam, de quo agitur, versari in salutis discrimine, si in ludo de morte perifit.

Venit ut nihil omittatur, quod alicuius momenti sit ad ludi negotium, ut ipsa postulat, in bono lumine colligantur, ut ita rationes, quibus absterreri possit, funditus, ac distinctim cognoscat: expendunt hoc loco questiones tres, quarum solutio proposito Casu responsei esse poterit. Ut autem in re, de qua questione est, nihil dubitandum superest; fatus deinde pro viribus fieri rationibus, quas Matrona nobilis in libello supplici ad suam causam remandat in medium affectat.

A 3

Prima

Prima questio est, an ludus in se ipso sit malus; si ipse, qui prorsus a forte pendet?

Altera, facta hypothese malum non esse, an ex circumstantia, que fere eum comitantur, aut consequuntur, malus redditur? praesertim cum paucis luditur, exponunturque summae non mediocre, proprii status, & conditionis ratione habita.

Tertia, si ludi fortuiti in praxi, & moraliter loquendo mali sint: quomodo se gerere debeant Confessarii quoad eos, qui ejusmodi ludi addicti sunt, cum accedit ad sacramenta?

Auctores bene multi de ludi fortuitis scripserunt, sed satis, atque alia ratione. Negant alii vacari posse ludus fortuitis, iis praesertim, qui mere fortuiti sunt, postquam Legibus vetiti fuerint. Afferunt alii pecuniam quoque in ludum conserui posse, dummodo summa sit modica. Sunt, qui putent, nunquam lucri gratia ludendum esse, quia ludus ad voluntatem, tempusque fallendum est infinitus. Hoc ipsa lucrario summae judicio non satis gravis causa est, cur lucius malus redditur. Non defundit, qui contendunt Leges Civiles, & Ecclesiasticas, que ludos prohibent, non amplius vigeret, & contraria confutandae abrogatas esse. Alii vero contra sentiantur.

Quod attinet ad Clericos, Auctores non pauci in ea sunt sententia, ut credant eos extra peccatum ludis fortuitis vacare non posse. Sunt alii, qui eos ludere patiuntur, modo id cum modo fiat. Itaque multa, quod spectat ad ludum, difficultates occurunt, ita ut in tanta sententiarum diversitate, quod pertinet ad hoc negotium, ne in moralis aut strictioris, aut laxioris, quam per eum, extremum alterutrum incidamus, eriam, atque etiam videndum sit, quanam quoque ad ludos fortuitos Ecclesiae doctrina sit, & quanam mens Legum, que super hoc negotio paucis facieat sunt; quo nempte statuantur principia, ex quibus constituit sententia possit, quia Confessarii tuta sit, ac certa regula cognoscendi, quandoman ludentibus debent absolutionem vel concedere, vel derogare.

Ludus universus, & in se ipso spectatus nequaquam malus est: est ludus quidem ab honeste alienis non agitur in presentia. Et sane ludus eo modo spectatus, non male uti possumus. Et sane ludus ex eorum rerum genere, quibus bene, aut male uti possumus. Et sane ludus ex modo spectatus, eumque proinde malum efficiunt. Ut id clarius explicetur, non sicut est ludum esse animi relaxationem, quo homo paucis indiger, ut ad suas coniunctas curas alicuius redire. Non igitur ludus in occupationem vertendus est; quod tandem si faciunt, qui seipsum ludunt, iludque se dedunt. Ideo ludus utilis est, quod voluntatem afferit inquit D. Thomas (a). Jam vero non queritur in vita voluptas ipsius voluptatis gratia; nec proponitur tamquam finis, pergit idem Sanctus Doctor, sed tamquam medium ad melius agendum, hominemque sui functionibus aptiorem reddendum; inordinatum est, quod peccato non vacat, sive ludere, & ex iudeo ordinariam occupationem efficeri, perinde ac si homo ad iudicium, oblectationem, & non potius ad serias res, altioresque, ut ait Orator Romanus, (b) factus esset. Non desunt relaxations in multis, idemque bene mortales Communitatibus. Sed ex remittendo quidem animo, non vero occupando inferire possunt: ita fuit illi in liberis, & familiaribus, sed piis, & Christiano nomine dignis conseruidinibus; tempus iis accommodatum certis est, isteque brevibus terminis definitum. Non eadem sane est eorum ratio, qui sive ludunt, insinunt enim in ludu longiora temporis; ut proinde eis nulla alia adest inordinatio, quam non medocris iactura temporis, ea vel una ludum, quicunque tandem est, sive criminofum efficit.

Est & alia circumstantia, que ludum illicitem reddit, in exposita, ut qui ludit, cupiditate quadam, precipue videelicet lucri animi ludat. Sane convenit inter omnes lucri desiderium ipsum per se non efficeri, ut ludus illicitem sit. Potest in fine lucrum optari, quin id statim ipsius lud naturam, finemque pervertat. Ut enim ait Sylvester (c): quicunque ludit, & lucrum desiderat, non temper ob lucrum praecepit ludit. Hec lucri ratio ei potest illi occasio ludunt, sine qua non ludetur, quin propter finis precipitationis, quem sibi in ludu ponit. Sed absque inordinatio lucrum in ludu primo loco spectari nequit: fieret enim ex iudeo mercatura, & negotiatio ad comparandam pecuniam. Inter Auctores, qui de ludo differunt, contendunt multi ludum praesertim fortuitum nonnulli ob aliquod honestum prandium, aut ob exiguum aliquam pecuniam permisum esse. Sequuntur illi haec in Imperiales Leges, (d)

que

sapientem decet interdum remittere aciem rebus agendi intentatam.

(a) S. Thomas loco cit. art. 4. Ludus est utilis proper quitem, & delectationem; delectatio autem, & quies non proper se queruntur in humana vita, sed proper operationem.

(b) Cicero l. 1. c. 23. Offic. Non ita generati a natura sumus, ut ad ludum, & ad jucum facili videamur, sed ad severitatem, portus, & ad quedam ludia graviora, & majora.

(c) Sylvester V. Ludus q. 4. Non omnis, qui appetit lucrari, lud proper lucrum.

(d) S. Thomas 2. 2. q. 168. art. 2.

(e) Aug. 1. 2. Musica cap. ult. volo tandem tibi parcas; nam

qui alteri ludii velant. Hac ratione ludentium quisque emolumenntum ex iudeo percipit, neque inde grave damnum patitur, quod in causa est, ut magis magnifice feretur finis, proper quem ludus est infatuus, scilicet oblectatio. Ut ut res habeat, qui tantum propter pecuniam, & lucri praesertim animo ludu vacat, avaritia, & cupiditate fere dicitur; quod sine peccato esse non potest.

Quod si lucri vehementior appetitus, quo aleatores identidem flagrant, in causa sit, si non summas, ipsorum status ratione habens, graves in ludu forte confrant: hac vera alia inordinatio est, seu tercia circumstantia, que ludum, qui cumque denum sit, omnino efficit criminofum; adeo enim periculum sibi, sive familia. vel proximo, quod contra charitatem est, grave incommodum inferendi. Ut propterea tria haec, sive Indere, ex lucri tantum cupiditate ludere, summas graves in ludum conferre, sive circumstantia tres, que fini, proper quem ludus infatuus est, opponuntur. Hujusmodi quippe ludus est avar, non Christiani hominis oblectatio; et gravis deordinatio, & culpa mortalis.

III. Haec tres circumstantiae, que ludos omnes, quicunque tandem generis sint, possunt malos reddere, sive lapsus quam in ceteris occurunt in alia, seu in ludis fortuitis. Cum enim hi majorem afferant voluntatem, iis proinde ludentibus homines se totos dedunt, in corrumque forte gravibus summas lapsus conferunt, vel praecipua ingentis lucri cupiditate permoti, vel sperantes fore, ut quam cito time, unoque isti jastrus eas reparant, quas non una vice fecerunt. Inde fit, ut mala, quicunque contingunt in ludis ceteris, quorun frequens usus est, & in quibus graves summae exponuntur, in fortuitis, seu in alia lapsus contingunt. Praterea cum horum ludorum eventus maiorem secum fecerunt varietatem, magisque accident ex improvviso. ii proinde passionibus incitandis, omnibusque pravis effectibus, qui ex irritatis animi cupiditatibus exsisterent, producentis aptiores sunt. Periculum, exempli causa, quod deberet voluntatem gigante, sive potius occasio est irascendi, Deinde sanctum nomen, cuius lapsus fortuiti vulgo tribui solent, blasphemandi. Haec omnes rationes, atque alia quoque, qui infra declarabuntur, semper in causa fuerunt, cari ludi fortuiti tamquam maxime perniciosi tum in Ecclesia, tum in Republica spectarentur.

Animadverendum est iudei fortuiti, seu alea nomine hoc loco eum ludum intelligi, in quo temeritas, & causis ab initio locum habet vel in quo casus magis valet, quam industria, ratio, confitum; five talis, telleris, & aut chartis ludatur, five aliis quibusvis ejusmodi ludis, in quibus fortuitum potissimum, brevique temporis spatio, quicquid danni, aut lucri percipitur, moderatur. In hunc quidem modum D. Antoninus, (a) alique complures hac de re loquuntur. De ludis hujusmodi queritur in presenti: quos nempe semper ab ipsi Ecclesie incubantibus ad huc usque tempora vetios suis contendunt, quosque Concilia Patres, Auctores Ecclesiastici, & Principes, quorum testimonia in medium produci facile possunt, identidem proferuntur.

IV. In Canonibus 42. & 43. (b) ex iis, qui Apostoli tribuntur, & qui referuntur in Decret. Dist. 35. cap. 1. Clericus, aut Laicus, qui ebrietati, vel alea se dedit, excommunicatur, nisi restipicatur. Quo loco juvare animadvertere in Canone non dici oportet ad excommunicationem subeundam gravem summarum forum committi, sed satis esse aleis saepe operam dare, ait deacons; nisi illud afferatur, Canonem idipsum pro certo ponere; quia nempe fere fit, ut aleatores se una vice reparuros, quod pluribus perdiderunt, ingentem, ac duplo maiorem summam forti tradant, in quo tamen sua ipses misere fallit; nam e converso ruunt in pejus, suamque tandem maiorem, quam antea jacturam faciunt.

Apollonius Alexanderinus adversus Montanistas scribens iis exprobavit. ut memoria prodiit Eusebius, (c) quod inter alia Prophetarum sutorum flagita saepe aleis ludenderent.

Sanctus

(a) S. Anton. 2. part. tit. 1. c. 23. §. 6. Potes dici Ludus alea omnis ludus, qui iniurit fortunam principaliter; etiam si sit ibi aliiquid de industria, sive ludi taxillorum, chartarum & alia hujusmodi.

S. Bernardinus tom. 3. p. 326. Iudus autem alea communiter intelligunt omnis, qui iniurit fortunam vicibus.

(b) Canon 42. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus alea, ait ebrietati defervens, aut definat, aut certe communione privetur. Canon 43. Subdiaconus, aut Lector similia faciens aut definat, aut communione privetur, similiter & Laicus.

(c) Euseb. lib. 5. c. 7. Prophetae cum tabulis, & tesseris ludit?

(d) S. Clemens Alex. 1. 3. c. 11. Pedagog. Prohibendus est tesserarum ludus, & præterea ex ratorum ludo lucri studium, quod nonnulli acriter sequuntur. Talia enim confederant luxuria amor oriosis oblectaminis suppediat: in causa enim est desultus.

(e) S. Cypr. de alea. Alea tabula, quod est Diabolus venabulum, & delicti vulnus infansibile. Aleam tabula dico, ubi dementia, & furia, & venale perjurium, & colloquium serpentinum;

Lamer Tong. II.

A 4

illuc rabiosa amicitia, illuc atrocissimi sceleris fraternitas discordans: illuc convicia, & audacia fava, & mens insan, & feracimpatia ubi possessionum amissio, & pecuniarum ingentis perdito. O manus crudeles ad periculum fui armata, que bona paterna, & opes avorum fudere quasitas, perniciose studio dilapidant.

Manus trux, noxia, & infossa nocte, dieque, continuis instrumentorum fuorum armigera; quæ peccando te ipsam damnavit, & post peccatum non definit ire.

Alea est aleus mali; alea ne luseris, ubi ludus nocivus est, & crimen mortale, ubi dementia sine consideratione, ubi nulla veritas, sed mendaciorum manda.

(f) Conc. Illyb. can. 79. si quis Fidelis alea, id est tabula ludit, post annum poterit communioni reconciliari.

(g) S. Ephrem. Tern. de abren. tom. 1. pag. 187. Abremuncio aleam otio, & tabularum lufui; sicut etiam sancti Apostoli hicce operam dantes, atque vacantes excommunicatos esse ordinantur in suis Canonibus, si Laici fuerint, & si Clerici, depontantur.

# L U D U S.

**S**anctus Ambrofius de Tobis cap. II. Aleatorum calamitatem ita describit, ut aleam erudelis, atque adeo vitandi maliciam effe fatis offendat. Ita enim loquitur: *Aliud non minor acerbitas accipere. Omnes vincent, & vincuntur. Penes feneratores solus est fructus. Vides retigos fabio agentes: regentes dicitas, deinde nudes: singulis scilicet florum mutantes. Veritas enim verum vita, ut referat: volvitur censu in rubitu: si ludus de pericolo; & de ludo periculum; quod projectiones, et proscriptiones. Sapienter monet laudatus Pater feneratores tantum, qui pecuniam Aleatoribus mutum dant, ex injusto caterario commercio lucrari.*

De Aleotoribus a D. Ambrofio ita descriptis, ut variis ludis motibus agitantur, tandem potest multa incommoda praecipites eunt, id afferi potest, quod ait Psalmi Psalm 82. vers. 12. eos nempe effe rotis familes, que semper in orbem vertitur, quin confitatur, ac demum in declivitate positam in praeceps ruere, & conteri, vel quod sit ait Psalmista, si miles effe stipula, qui dura ventis agita dissipatur, nec amplius appetat: *Pone os, ne retam, & sicut stipulam sive causam venisti.*

S. Joannes Chrysostomus r. 1. Hom. 15. ad Popul. post mod. ita loquitur in hanc rem: *aleas trahere non videtur multis esse peccatum, sed infinita vita mala sole inferre .... Et circa studium blasphemias, iras, iacturas, concubinae, infestaque tripligia annorum spatio perdure.*

D. Augustinus in Psalm. 40. num. 5. *Quoniam inquit, invenientem laboris, & mortis extensam in Deum difficile potest homo per seipsum tolerare, aliquid sibi in terra requirit, ubi requiescas, & quodammodo pauciorum recipitur. Multi acquireunt in Theatris, multe acquisiunt in aere, in luxuria popinorum: mulier in libidine adulteriorum. Et. Sed removentes haec omnia, ad invenientem hominem veniamus. Acquisitio in domo sua, in familia, in conjugio, in filiis, in pauperibus, in tradicio sua, in novella manus suis confit, in officio aliquo suo fabricato. Requiescere innocentes in his. Sed ramen volent Deus nos amorem habere nisi vita eterna, & in ipsis vobis invenientibus defensionibus misericordiam ammirandis.*

Constat ex hoc testimonio aleam ex criminofarum delectationum numero esse; ac si Deus innocentes quoque oblectationes amaritudinibus temperat: quid de ales, alesque amaritudinibus sentimus? Juxta hunc magnum Ecclesia Doctorum vitandum sunt ejusmodi ludi, quibus non nisi qui sui cupiditati servit, potest esse dedere; adeoque iis quoque cum modo utendum, qui sunt innocentes, quique Christiani hominibus delectationibus constitutum.

Ex dictis omnibus, priorius quinque saeculorum testimoniis facile intellexi et fortuitos ludos ab Ecclesia vetitos fuisse, eamque perfusum habuisse a Sacramentorum participatione rennovendos eos esse qui ejusmodi ludis se devovissent, & nollent respicere. Neque vero dicti potest Ecclesia a primis Christianis eam perfectione postulasse, quam deinceps ab iis non exigit. Etenim I. semper illi vetuit Fidelibus, ne ales deservirent. II. cum tamquam causam, vel tamquam occafionem fere proximum multorum gravium peccatorum aleam spesfaverit: consequens profecto sit oportunitate, ut eamdem semper damnarent, non est ea sine perfectio. Christianos ab ea volvi abstineantur, non est ea sine perfectio, quam ab iis requirerit, & cum Religio satis firmas radices egit, requirere defiterit, ut infra patebit.

V. Ad Imperatorum, qui aliquanto post rerum pati possunt, Leges, & Edicta venientibus est. Hi nempe Fidelibus adeo perniciosi ludos, de quibus loquimur, & Ecclesia has in re sanctiones adeo ratione confonit, ut eas ipsas tam quoad Laicos, quam quoad Clericos propria auctoritate, proprioperte decretis minime volunt.

In Digesto Lib. (a) Imperator aleam quidem permittit, sed ea lege, ut si pecunia in ludum conferatur, convivio parando interficiat. Et in Lego Codicis, de qua mox mandat, ut medica pecunia in ludo ponatur, etiam si qui ludit, dives fuerit; quia ludens ex puncta, quam fecerit, multum danni facere non debet.

In Codice l. 3. rit. 43. l. fin. de Relig. sump. sun. ita statuit: *lega decessimus, ut nulli licet in publicis, vel privatis locis ludere, neque inspicere; & si contra factum fuerit, nulla sequatur condemnatio, sed solutum redatur, & actiones competenter reponatur ab iis, qui dederunt, aut eorum hereditibus, non obstante nisi 50. annos prescriptio, Episcopis locorum hoc providentibus, & Prelatis auxilio ueritibus. Sed non permittimus etiam in his ludis ultra unum solidum ludere, etiam si multum dives sint, ut si quem vinci conigerit, gravem casum non sufficiat. Non enim solus bella ordinamus, sed & res luctuas.*

Generalia sunt edicta hec: descendunt ad peculiaria ab eodem Imperatore sancita, que quidem ad Clericos pertinet.

(a) R. l. 11. rit. 5. l. 4. Quod in convivio vescendi causa ponitur, in eam rem familias ludere permitteatur.

(b) Inf. auctior. collat. 9. rit. 15. de SS. Episc. §. interdictio. Idem habetur.

(c) S. Thomas 2.2. q. 32. ar. 7. ad 2. Ideo qui sunt ejusmodi legibus

adstricti, tenent universaliiter ad restituitionem, qui lucrantur &c.

(d) Id. Hispal. l. 18. Origin. c. 68. de interdictione ales. Ab hac arte frus, & mendacium, atque perjurium nunquam absit, postrem & odium, & damna rerum, unde aliquando proper hoc sceleru, interdicta legibus fuit,

An-

adstricti, tenent universaliiter ad restituitionem, qui lucrantur &c.

(e)

Idem

